et liberatum cuius processus exequutio in omnia eorundem Ci=
uium Norimbergen[sium] bona extendi merito debet Quare Fid[elitati] V[est]r[ae]
seu[er]o Mandamus vt sub cuiuscunq[ue] Fid. v[est]rum iurisdictione
ijdem debitores tam Subditi nostri quam profati Cives Norimbergen[ses]
reperiri vel bona ipsorum reperta fuerint de eisdem iuris ordine sine
ulla procrastinatione tanquam in causa pupillari iure expeditum manda=
tarijs eorundem Ciuium ius dicant iustitiamq[ue] indilatam admini=
strent remq[ue] iudicatam exequantur Pro gr[ati]a n[ost]ra officijq[ue] sui debito etc.

# Littera moratoria

Sigismundus etc. Signamus etc.

Quod cum ex relatione certorum hominum fide dignorum accepis=
semus Honestum Reinoldum Hoier incolam Marieburgen[sem] vxorem
illius in magna fortuna inclementiam nulla culpa venem multis et
varijs aduersis casibus maxime autem ob dilapidationem bo=
norum ipsius per tutores sub minorennitate ipsius factam incidisse
ita vt cum ad presens creditoribus suis soluendo esse non possit,
ad nos in hoc fortune sue naufragio supplex confugerit Faciun=
dum nobis esse existimauimus et rebus afflictis ipsorum sub=
ueniremus. Ideo memoratum Reinoldum Hoier in patrocinium
et protectionem nostram Regiam suscepimus, suscipimusq[ue] per
presentes, eidemq[ue] literas nostras moratorias damus et con=
cedimus, atq[ue] eos ab impetitione molestationeq[ue] quorumuis
creditorum ratione quorumcunq[ue] debitorum per eos contractorum
ad decursum vnius anni a data presentium computando
liberos esse volumus. Ita quod literis hisce nostris fretus
vbiq[ue] in Regno et dominijs nostris tuto versari negociaq[ue] sua
licita et honesta agere possit nec ante decursum vnius
anni cuiq[ue] debitorum nomine respondere teneatur, persona re=
busq[ue] illorum per omnia saluis Volumus tamen vt presens nostra
concessio eidem Reinoldo Hoier non nisi aduersus homines
conditionis et iurisdictionis ciuilis, non autem contra nobiles
seruiat. Illeq[ue] interea in damnum creditorum bona sua non alie=
net. Quod ad omnium quorum interest notitiam deducimus si=
mulq[ue] Mandamus ut literas et concessionem nostram presentem
in omnibus obseruent, ab alijsq[ue] obseruari curent In cuius rei etc.

# Consensus ad rediment[um] bona

Sigismundus Significamus

Quod cum intellexissemus Aduocatiam in villa nostra Schonbrok